

149906

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

==== MILESIA FABULA ===

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA =

= = = = JOANNIS

B. FRANCESIA =

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA = = = =

= = = = JOANNIS

B. FRANCESIA =

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

= EDITIO ALTERA =

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPUNTUR

Ann. XV.

ROMAE, Mense Augusto MCMXII

Num. VIII.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est :

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italianam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA — Via delle Coppelle, 35 — ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

Varsaviae Polonorum
Rakowskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna .."

Varsaviae Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6.

IN CANADA

apud
Burns and Oates

London W.
28, Orchard Street.

Librairie Granger Frères

Montreal
1699, Rue Notre-Dame

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Usum latini sermonis per orbem universum tuetur ac fovet

Ilaque, latine omnino exarata, scripta edit, quae populos omnes aliquo modo attingant, a publica re ad bonas artes, a litteris ad historias, a philosophicis ad sociales quaestiones, a nunciis et significationibus ad simplices et facili stylo expressas descriptiones, narratiunculas, dramaticas actiones; ab antiquitatis scientia ad dialogos vitae argumenta maxime communia tractantes, unde colloquia latine inire atque alere detur; a doctorum virorum scriptis nondum vulgatis aut parum cognitis ad primas adolescentium exercitationes, quae incitamentum veluti in palaestra eorum conatibus conferant; a Pontificiis denique documentis praecipuis ad iuris regulas in S. Congregationibus inducas; haec omnia ut quisque vel ex dissitis regionibus, aut cultu, doctrina, animi proclivitate, artibus alter ab altero difformis per commentarium cumdem explore desideria sua possit.

PRETUM ANNUAE SUBNOTATIONIS EST:

In Italia libellarum 6;

ubique extra Italiam: Lib. 9 (Doll. 1,80; Sch. 7; M. 7; Rubl. 4; Coron. 9)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

ad Societatem Editricem Romanam

ROMA — VIA DELLE COPPELLE, 35 — ROMA

QUAE COMMENTARIUM POSSIDET NUNC ATQUE ADMINISTRAT.

Ann. XV.

ROMAE, Mense Augusto MCMXII

Num. VIII.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS



Rerum index:

An Heterodoxi exegetae, fidelius quam Catholici, sensum rerum Scripturarum expresserint.
Disputationes philosophicae Modernistam Inter et Thomistam.
Religiosa musica in theatro.
Paroemia sive Adagia; Oeum et operam perdere. — Ne sutor ultra crepidam. — Suo Marte. — Cantherium in fossa. — Equus in planicie. — Principatus Seyrini. — Callipides. — Gladiator in arena consilium capit.
Roma. Carmen Iacobi Iohannis Hartman Batavi.
Spinelli Aretini tabula Delparam referens in caelum assumptam.
Colloquia Latina. Explicationum repetendorum ratio.
Ex Sacris Congregationibus Romanis sententiae novissimae se-
lectae. Ex Congregatione S. Officii. — Ex Congregatione Rituum Diarium Vaticanum. Coram SSimo. admissions. — Pontificiae electiones. — Varia. — Vita funeti viri clariores.
Annales. Bellum inter Italos atque Turcas. — Turcarum internae res. — Regia itinera.
Publici per orbem coetus legibus ferendis.
Per orbem.
librorum recensio. (I. M. Meunier).
libri recens dono accepti.
Numismatum collectoribus monitum.
Aenigmata.
Appendix; Anthea.

An Heterodoxi exegetae, fidelius quam Catholici, sensum rerum Scripturarum expresserint

Leo XIII (Enc. Prov. Deus), diffidendum non esse, ait, religiosa quadam obscuritate sacros Libros involvi, ut ad eos, nisi aliquo viae duce, nemo ingredi possit. Et ipsem Petrus (II Ep. 3, 15, 16) de «charissimi Fratris Pauli» epistolis loquens, scribit: «In quibus sunt quaedam difficultia intellectu, quae indocti, et instabiles depravant, sicut et ceteras Scripturas, ad suam ipsorum perditionem». Propter quae omnia, de Sacrae Scripturae libro versiculos ille recitat:

Hic liber est, in quo querit sua dogmata quisque.
Invenit et pariter dogmata quisque sua.

Quinam est igitur dux, ad verum sensum S. Scripturae iudicandum? Conc. Vaticanum (Sess. 3, c. 2, Denz. 1637) declaravit: «In rebus fidei et morum, ad aedificationem doctrinae Christianae pertinentium, is pro vero sensu sacrae Scripturae habendus est, quem tenuit ac tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu et interpretatione Scripturarum sacrarum». Hisce firmiter retentis, quaestione nova exsurgit: «An, - videlicet, - Heterodoxi exegetae, fidelius quam catholici, sensum verum Scripturarum expresserint». Affirmativam partem Modernistae, solo novitatis amore ducti, amplectuntur; negativam vero vir catholicus amplecti debet.

* * *

Heterodoxi exegetae non expressisse fidelius sensum verum Scripturarum appetit:

a) Ex quibusdam falsis S. Scripturam interpretandi principiis eorum, quorum primum est, sistema *luminis interni*, iuxta quod, quilibet Christianus a Spiritu Sancto immediate illuminatur ad verum sensum

Scripturae tenendum, neque ullis regulis indiget. Quod quidem systema facto contradicit; quum enim unus et idem sit Spiritus illuminans, non unus et idem est sensus, sed prout Vinc. Lerinensis ait (1): «Eiusdem (Scripturae) eloqua aliter atque aliter alias atque alias interpretatur, ut paene quot homines sunt, tot illius sententiae erui posse videantur».

Secundum systema, a Rationalismo biblico saec. xviii edictum, est sistema *accommodationis* iuxta quod fatendum est Iesum Christum, Christique Apostolos, respectu librorum N. Testamenti, Iudeorum erroribus sese conformasse tum moraliter tum paedagogice, tum dogmatice. *Moraliter* quidem actionem prae scriptam ponendo, vel licet actionem omittendo, ne eorum conscientia scandalum pateretur. *Paedagogice* etiam vel doctrinam suam Iudeorum intelligentiae attemperando, vel doctrinam mentem eorum transcendentem omittendo. *Dogmatice* vero, et quidem *negative*, non statim sed convenienti tempore eorum errores reiiciendo, vel indirecte tantum refutando; *positive* autem aperte, externeque errores docendo, quos forsitan interius reprobabant.

Accommodationis sistema tum Christi tum Apostolorum sanctitatem offendit. Christus enim (Ioa. XVIII, 37,) fassus est: «Ego in hoc natus sum, et ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati»; dum Apostolus (*Ad Gal. I, 8*) ait: «Sed licet nos, aut Angelus de caelo evangelizet vobis praeterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit».

Tertium sistema, sistema *interpretationis moralis* vocatur, iuxta quod in Scriptura Sacra, non nisi moralia praecepta inquirenda sunt, quum cetera omnia idest revelatio, dogmata, miracula, prophetiae, historia, nullum possideant valorem.

Ex christiana apologiae documentis scimus, quam leviter absurditates a systemate interpretationis moralis affirmantur.

(1) *Commonit.*, 2.

149904

ANTHEA

(6)

(Ex fabula H. SIENKIEWICZ Poloni: *Eamus ad Ipsum*).

Iamque, expedita via, ad supplicii locum traxerant Nazarenum, ubi rupis hiati triplex erat infixus palus, fundamenta ponendis crucibus, Anthea diu multumque tentaverat erecto capite intentisque oculis, si forte posset optabili sane obtuta iterum frui. Sed ubi verticem collis occupavit cohors, tum demum potuit per illuc adstantium spissas cervices, quasi per rimas identidem prospicere modo sertum eruentum, modo ludicram puram, modo ipsum vultum vicinae mortis pallore suffusum.

Dum tota in eo est, ecce lecticae proximus, quidam, albo amictus epitogio, spargit pulvere caput, magna que voce ac flebili exclamat:

— Lepris affectum me ille sanavit, quem modo agunt in crucem.

Hoc pereculsa clamore mulier:

— Audistine, Cai? Ipse sanavit.

Cui ille:

— Libetne discedere?

At uxor:

— Sine, quaeso, consistam.

Animum sibi frangi Cinna sensit, incuriaeque poenituit, qui singularem plane medicum non hospitio exceperisset.

Rebus ab supplicium dispositis ac paratis, laceratum corpus una cum cruce attollitur; iamque ex militibus quidam suffigidis pedibus admovet clavos.

Interea sensim obscurari caelum; obducto sole decolorari colles; sanguineo rubore, qualis esse solet inclinato in vesperum die, infici nubes; mox ingruentes tenebrae omne lumen eripere. Simul aestus tam gravis afflat, viz ut anhelis naribus captari aura ducique spiritus queat.

— Abscedamus — inquit Cinna.

— Sine, quaeso, aliquanto diutius, rursum ut videam hominem.

Tum Cinna iussit admoveri lecticam crucibus. Intendebat mulier oculorum aciem in medium lignum, quasi in obscuriore tractum nubis, in qua libratum corpus collucere videbatur; adeo, recedente vitali calore, expalluerat. Dum vero notat attentius et refugientes oculos, et collapsa tempora, et difficili anhelitu agitatum pectus, confusum repente auditur murmur: mox horrifica luce micat fulgor ingenti fragore. Terra contremis: incondito clamore, seu verius lugubri ululatu gemituque edito, fit omnium fuga praeceps, urgente terrore: facies erat discriminis universi.

Verum, ubi restituta quies respirandi spatium dedit, plurium invidia in misericordiam conversa variae hic illuc subortae sunt querimoniae: iniuria affectum supplicio sanctissimum hominem, veri praecomen, virum plane divinum, qui vel mortuos excitaret.

— Vae tibi, Hierosolyma! — audita vox est.

Alius vero:

— Terra tremit.

Gliscensrum rumorem intercepit iterum repentina lux fulguris, et, proh miserum, subito ictu concidit Anthea. Ad novam causam terroris fit raptim concursus; at brevi. Nam sedato statim turbine diffractisque nubibus, conspecta est concitata ore alloquens virum. Nempe non ipsam fulmen, sed, eo internitente, supremus iecrat mortis obtutus.

Intera paullatim caelo solique redditis omnibus, scena patuit omnium miserrima. Cruce pendet reclinato capite iuvenis, cereo vultu, vitreis oculis, ore subnigro. Adstat Mater immota, attonita, stupenti similis. Circum reliquae mulieres inter manantes lacrimas et suspiria conclamat:

— Excessit!

— Excessit! — inquit Anthea, idemque reddidit Cinna. Tum vero accedens centurio quidam ad extremum crudelitatis ludibrium servatum hominem ense transverberat.

Rem sane miram quod spectaculum duplex pacaverit turbam, alterum extincti hominis, alterum renidentis iterum solis. Tum subeunti proprius Antheae auditae sunt voces « Descende de cruce ». Illa autem dum mirata reclinatum caput et exanigae corpus, secum reputabat, fierine posset ut mortuus ille revivisceret. Sed vehementius angebatur Cinna, qui etsi nulla spe tenebatur resurrecti Nazareni, persuasum tamen habebat, eundem potuisse vivum Antheae morbo mederi. Iterantibus autem vocibus: « Descende de cruce »:

— Descende — et ipse clamavit moestissimo gemitu;

— sana aegram, meque tecum rape.

*Et iam summa procul villarum culmina fumant,
Maioresque cadunt altis de montis umbras.*

Quare Cinna iussit lectarios moveri. Anthea, ubi domum se recepit:

— Hodie — inquit — horrenda visa obiecta sunt nulla.

Sed neque crastinus attulit dies. Qua de causa laxata aliquantulum vis morbi est. Anima quoque erigendo multum profuit Timonis adventus, qui gravibus Cinnae litteris excitatus, quam potuit celerrime contendit, ut extremum videret filiam.

Interim Cinna quidquid in utramque partem aut metus aut spes subiecerat secreta aestimatione pensabat; quietis intervallis usam quidem fuisse alias uxorem; non tamen bidui; quod animum recepisset, eius rei causam facile esse aut patris contubernium, aut excitatores ferali spectaculo sensus.

(Ad proximum numerum).



PETRUS ANGELINI.

SOCIETAS EDITRIX ROMANA

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

praeter **Officium nuntiorum et publicae rerum praedicationis, tum per Italiam omnem, tum apud exteris gentes**, quo facilis satisfaceret pluribus et Diurnorum suorum, et VOCIS URBIS commentarii sociis et lectoribus requirentibus consultationes, consilia, explanationes, sollicitationes apud forenses aut civiles magistratus, aptum quoque recens instituit

OFFICIUM CONSULTORUM ET PATROCINII,

quod eximiis iuris peritis concredidit.

Huiusmodi officii peculiare munus imprimis datum est, ea apud Curias quaslibet et publicas administrationes procurandi, quae in commodum Sacerdotum in eorumque iurium omnium tutelam cedere maxime possint, uti parochialium congruarum supplementa, cultualium expensarum solutionem, regalium placitorum expeditionem, redditum conversionem, potestatem hereditatum vel aliarum liberalitatum excipientarum, docendi facultatem, etc.

PRO OMNIBUS

DILIGENTIA IN OPERE - TEMPERANTIA IN PRETIO

149904

APUD

SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

excerpta ex Commentario VOX URBIS veneunt, quae sequuntur:

ARRAE GORGONIAE

==== MILESIA FABULA =====

JOACHIM ANTONELLI COSTAGGINI

VEN. LIBELL. 0.60

EUPLIUS

ACTIO DRAMATICA =====

==== JOANNS

B. FRANCESIA =====

LATINIS VERSIBUS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA =====

VEN. LIBELL. 1.00

SATURIO

COMOEDIA =====

==== JOANNIS

B. FRANCESIA =====

VERSIBUS SENARIIS CONSCRIPTA

ET IN TRES ACTUS DISTRIBUTA

==== EDITIO ALTERA =====

VEN. LIBELL. 1.00

QUAELIBET OPERA EDENDA SUSCIPIUNTUR

Ann. XV.

ROMAE, Mense Septembri MCMXII

Num. IX.

VOX VRBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

Semel in mense prodit

CONDIDIT ARISTIDES LEONORI EQUES

POSSIDET ATQUE ADMINISTRAT SOCIETAS EDITRIX ROMANA

Pretium annuae subnotationis, est:

In Italia: Libellarum **6**

ubique extra Italiam: Lib. **9** (Doll. **1,80**; Sch. **7**; M. **7**; Rubl. **4**; Coron. **9**)

ANTE SOLVENDUM ET RECTO TRAMITE MITTENDUM

AD SOCIETATEM EDITRICEM ROMANAM

ROMA - Via delle Coppelle, 35 - ROMA

SUBNOTATIO EXTRA ITALIAM FIERI POTEST:

IN RUSSIA

apud
Gebethner et Wolf

Varsaviae Polonorum
Rakiewskie Przedmiescie, 15

IN ANGLIA

apud
"Kronika Rodzinna .."

Varsaviae Polonorum
Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CANADA

apud
Burns and Oates

London W.
28, Orchard Street.

apud
Librairie Granger Frères

Montreal
1699, Rue Notre-Dame